



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

XLIII. Parænesis ad mortificationem Passionum vel cupiditatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**



& universa flagitia: eorum verò locum succederent quæcunq; mundus expertus est aurea ætate.

*IV. ab exemplorum Ethnicorum, tum Christianorum;* qui justitiam maximè coluerunt. Cambyfes Rex Persarum mandavit iniqui cuiusdam judicis pellem ex corpore detrahi, eamque induci sellæ, in qua illius filius judicaturus sedere debebat, ut si cancellos justitiæ transgredi cogitaret, idem supplicium timeret.

*Vide Val. Max. lib. 5. 6. 5. de justitia Ci. 3. de offi. & 2. de Leg. Gel. li. 3. c. 8.*

In EPILOGO monebis Auditores, ut quo rectius & diligentius se exercent in hac virtute, constanter in anima proponant, se nihil facturos, nisi quod veritati & virtuti sit consentaneum, & fugiant ea vitia, quibus ab exercenda justitia revocamur, avaritiam, receptionem personarum, munerum corruptelam, usuram, simoniam; ament verò sororem justitiæ pacem & concordiam.

**XLIII. PARÆNESIS AD MORTIFICATIONEM Passionum vel cupiditatum.**

**I**N EXORDIO expones, quid sit propriè mortificare passiones animi, quòd mortificemus eas, cum perturbationes animi, simulatque exortæ fuerint, domamus, carnis ad cibum vel potum immoderatum pronæ cupiditatem coërcemus, & judicium voluntatemq; propriam spòte subjicimus alienæ.

**PROPOSITIO:** Cum igitur S. Scriptura frequenter nos moneat, ut cupiditates carnis mortificemus (*Rom. 8. 13. Col. 3. 5.*) ut concupiscentiis carnis, quod idem est, nò pareamus, (*Syr. 18. 30. Rom. 6. 12. Rom. 13. 14. Gal. 5. 1. 1. Per. 2. &c.*) ut carnem affligamus, (*Mat. 10. 38. 1. Cor. 9. 27. Gal. 2. 19. Gal. 5. 24.*) & ut nos ipsos odiamus, & abnegemus (*Luc. 14. 26. & 9. 23.* te utilitatem & necessitatem hujus exercitii Auditoribus in memoriam revocaturum.

**CONFIRM. I. LOCUS, ab utilitate mortificationis passionum.** Nam PRIMÒ; naturam corruptam in nobis



*V. Trium-  
phum vir-  
tutum in  
quo 15. uti-  
litates mor-  
tificationis  
illustrantur  
pulcherrimis  
exemplis.  
Col. 12. 6. 3.*

*Matth. 17.  
v. 20.*

*1. Pet. 4. v. 4*

bis quatenus restituat. In eo enim præcipue sta-  
ta erat in statu innocentiae naturæ humanæ integri-  
tas, quod ratio Deo, corpus verò cum omnibus  
suis facultatibus sentiendi, appetendiq; , subiectum  
erat rationi. At beneficio mortificationis efficitur,  
ut passiones ad mediocritatem redigantur; & line-  
am rectæ rationis non excedant, quod multi San-  
cti in hac vita consecuti fuerunt, ut ille *Senex* apud  
Cassianum, qui cum apud Alexandriam turcis infide-  
lium circumfusus, non solum maledictis, verum etiã gra-  
vissimis impellentium urgeretur injurijs, eiq; à subsan-  
nantibus diceretur? Quid miraculi Christus vester, quæ  
colitis fecit? ille inquit: ut his ac majoribus si intuleritis  
non movear, nec offendar injurijs. SECUNDÒ, Preces  
nostras reddit efficaciores. TERTIÒ, Valet ad satis-  
factionem pro peccatis. QUARTÒ; Prodest ad ex-  
pugnandas dæmonis tentationes. Unde Christus  
dixit: *Hoc genus demoniorum, &c.* QUINTÒ, Com-  
mōnet homines ad vitæ emendationem. Vnde B. Pe-  
trus, cum hortatus fuisset fideles, ut exēplo Chri-  
sti armarent se contra inordinatas carnis cupidita-  
tes, mortificationemq; Crucis Christi amplecte-  
rentur mox addit: *In quo admirantur: non concurrē-  
tibus vobis in eandem luxuriæ confusionem.* Certè. S.  
Iohannes Baptista, verò hominis mortificati typus,  
novo severitatis vitæ exemplo omnes Hierosoly-  
mitas, Iudæam totam, & Iordanis accolæ excivit,  
ut confiterentur lapsus suos, vellentq; ab eo bap-  
tizari. SEXTÒ, Ad vitæ spiritualis perfectionem nul-  
lum instrumentum medium è aptius est affectio-  
nū mortificatione: quo enim plus eis subegeris, eò  
minus à perfectionis fastigio aberis, hoc est, à cha-  
ritate, quæ teste, Apostolo, est vinculum perfectionis.  
II. Locus à necessitate mortificationis. Nam PRIMÒ,  
Scriptura docet, non esse dignos Christo, nec di-  
scipulos Christi, qui non abnegant se, & tollunt  
crucem suam, & qui non oderunt animam, id est a-  
nima-



animales motus, qui carnem suam non crucifigunt cum vitiis, & concupiscentiis. At hæc præstari nequeunt sine mortificatione. SECUNDÒ, Quia quoties periculum est prævaricandi legem divinã vel humanam, tenemur sub peccato mortali cohibere passionem in nobis dominantem. TERTIÒ, quia Aristoteles, Plutarchus, alijque Philosophi docent, nulli mortalium aditum patere ad comprehendendas humanas scientias, nisi perturbationes animi compescuerit, quanto minus patebit ad divinam, imò virtus omnis, teste S. Thoma Aquinate, requirit sedatas in animo passiones, ut māsuetudo, animum ab omni iracundia immunẽ. QUARTÒ, Quia passiones sunt omnium vitiorum fontes. Vnde B. *Cap. 4. v. 5.* Iacobus: *Vnde bella & lites in vobis? nonne ex concupiscentijs vestris, quæ militant in membris vestris? Sunt ergo obstruendi per mortificationem.*

III. *Ab exemplis eorum,* qui affectus suos etiam in rebus licitis coercuerunt, ut Regis Davidis, qui aquam, quam summo desiderio desiderarat, Domino profudit, ne sanguinem illorum, qui eam detulerant, bibere videretur. 2. *Reg. 23, 17.* & ipsius Christi Domini qui cum sub horam sextam, id est, circa meridiem, ex itinere fatigatus discipulos, emẽdorum ciborum causa in civitatem Sichar misisset, iis regressis, nihil voluit comedere. Adde, ne *Ioan. 4. v. 13* que Gentiles deesse, qui hac virtute, mortificandi se excelluerunt. Catonem Minorem belli Imp. gravissima siti cum toto exercitu in summo cæli a stu laborantem, cum pauxillum aquæ in galea à milite oblatum esset, manu quidem eam excepisse legimus, sed mox in terrã abjecisse, ne solus solatio illo, quod aliis cõmunicare nequibat, frueretur. *Fulgos. li. 4. cap. 6.*

In PERORATIONE monebis auditores, ut temperativè, hoc est, à prima adolescentia domandarum animi affectionum, inserendarumque virtutũ studium incipiant, ut simulatq; perturbationem aliquam *Amb. ser. 12 in Ps. 2. 18.*



*Pf. 136. v. 9.*

*Respondet  
fructibus  
arbor, cau-  
sa effectus.*

quam in animo exortam senserint, eam coerceant: dum enim passiones nostræ parvulæ sunt, facile expugnantur; quo autem diutius convaluerint, ægrius, nec nisi summo adhibito studio: ut etiam si in ortu eas compresserint, non tamen otientur; sed assiduè renascentes earum ramos refecent, & loco pravarum affectionum in animo plantent bonas: ut denique sicut dæmon, quo hominē citius præcipitem agat in flagitii voraginē, ejusque propensiones & affectus explorat; ita ipsi in examine cōscientiæ quotidiano studiosè expendant, ad quas animi perturbationes à natura sint propēsi, & quibus cogitationibus mentes eorum sæpius agitentur. Si enim ferantur cogitationes ad honores mūdi, non dubium est in eorum cordium spirare Boream superbiæ, si ad delicias & voluptates, Austrū concupiscentiæ; si ad vindictam iracūdiæ, Typhonem. Quamprimum ergo per examen pravam aliquā inclinationē ejusmodi in se deprehenderit, ad eam domandam & expugnandam se accingant.

*XIV. PARÆNESIS AD STUDIOSES  
ut in studio bene inchoato perseverent, & futu-  
ram æstatem sibi quàm utilissimam fa-  
ciant.*

**E**XORDIUM à persona Auditorum, quod bene ac diligenter studia exorsi sint, ac sua diligentia cum bonos omnes, tum præceptores ac parentes non mediocriter exhilararint.

**PROPOSITIO:** Proinde te statuisse eos adhortari, tum ut feruorem litterarum, quo hac studiorū renovatione procul dubio inardescunt, foveant, & in cœpto studiorum cursu persistant ac perseverent; tum ut per hanc æstatē plurimum addiscant.

**CONFIRMATIONIS PRIORIS PARTIS I. Locus ab honesto:** Honestissimum esse perseverare in bono opere: si enim honestum bonum agere, sane mul-